



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. III. Ex Veteris Tabernacvli Sive Templi ministrorum sanctitudine colligitur quanta opus sit sanctitate Ecclesiæ ministris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

& tunica, percutienti maxillam præbeatur & altera diligamus inimicos, & beneficiamus his qui oderunt nos, oremus pro persequentibus, & calumniantibus nos. Erga nos ipsos quomodo majora postulasset, quam semper vigilare, vitam odisse, ferre crucem, abnegare nos totos, perdere animam, renunciare omnibus, quæ possidemus, vendere & dare eleemosynam, intrare per angustam portam, vim facere regno cælorum? Denique ait Matth. 5. v. 48 *Estote vos perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est.* Iacob. 1. v. 4. *Sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* 1. Pet. 1. vers. 15. *Vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est, Leuit. 11. v. 44. & 19. v. 2. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* 1. Ioannis 3. v. 3. *Et omnis qui habet hanc spem, sanctificet se, sicut & ille sanctus est.*

CAP. III.

*EX VETERIS TABERNACULI SIVE
Templi ministrorum sanctitudine colligitur
quanta opus sit sanctitate Ecclesia
ministris.*

§. **F**Verunt in Mosaica lege Sacerdotes & Leuitæ sed umbratiles, vt lex fuit umbra futurorum Hebr. 10. v. 1. & tamen si sanctitudinem ab iis postulatam considerauerimus, quid à nobis meritissimè exigatur, intelligemus. Leu. 8. v. 7. Tunica Sacerdotalis erat hyacinthina, coloris cærulei & cælestis, vt moneatur cælestem se debere ducere vitam Leuit. 21. v. 6. *Sacerdotes sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, incensum enim Domini & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.* Sancti erunt, cui? Deo renes & corda scrutanti, vera & interna sanctitate, non tantum fucata vel externa specie.

specie. Et quid incensum quid panes ad Dei Filium, quem immolamus?

§. Deut. 33. v. 8. in benedictione Leui hunc in modum precatur Deum Moyses: *Perfectio tua & doctrina tua viro sancto, quem probasti in tentatione subaudi detur, vt ex versione LXX. cognoscitur. Vbi ex Hebræo verti possit: Illuminationes & perfectiones tuas tribuantur: quia magna & multiplex tam eruditio & sapientia, quam integritas & sanctimonia in Sacerdotibus & Clericis desideratur. Quam & ijs precabatur Salomon Psalm. 131. v. 9. Sacerdotes tui, inquit, induantur iustitiam, & Sancti tui exultent. In Hebræo habetur, laudent te, vel iubilent tibi. Sensus est. Oro Domine duo hæc per gratiam tuam Sacerdotibus qui tibi ministrant & populum docent, tribuas. Alterum est, vt quemadmodum vestis tegit turpitudinem, ornat hominem & distinguit à cæteris, ita Sacerdotes vndiq; intus & foris eximia sanctitas cooperiat, vt nihil in illis flagitiosum cernatur, & omnium virtutum ornamenta illos honestent, quibus à vulgari vita plurimum distent & discernantur, ne sit sicut populus, sic Sacerdos Hoseæ 4. v. 9. S. Chryl. homil. 23. in Genes. c. 6. ver. 9. Noe vir iustus. Hac, inquit, appellatione omnem virtutem complectitur. Et in Psalm. 14. iustitia constatur ex multis virtutibus, & vna virtus actiua non facit iustitiam, quemadmodum nec vna tabula perficit nauigium nec vnus lapis domum. Alterum vt magna alacritate, religione, constantia te collaudent, siue dum sacrificant, siue dum psallunt & laudes tuas concinant, & gratiarum actionis tributum propter accepta à te beneficia pro te ac toto populo persoluunt. Si tanta virtus, & sanctitas, tantum ad Deum ritè laudandum studium & contentio in umbraticis Sacerdotibus illis qui oves & boues immolabant, & pro temporalibus beneficiis Deum laudabant, requirebatur, quid à nobis Sacerdotibus exigitur, q̄ sacrificamus diuinum Agnum mundi pec-*

Quales Sa-
cerdotes ve-
lit Spiritus
sanctus.

LI di pec-

di peccata tollentem Dei virginisq; filium & gratias agimus pro spiritualibus & sempiternis beneficiis: Mach. 4. v. 42. Iudas elegit Sacerdotes sine macula habentes voluntatem in lege Dei.

*Sancti Sacerdotes sine ho-
si apud gra-
cus honoris
causa dice-
bantur, teste
Eius de Ora-
culo defec. in
fina.*

§. Eiusmodi Sacerdotes fuere Moyses & Aaron Pfalm. 98. v. 6. Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius. De primo innocentiae illustre extat testimonium Num. 16. v. 15. De altero Sap. 18. vers. 12. quod fuerit homo sine quocumque vitio & impio vir irreprehensibilis cum ob alia bona, tum ob minimè affectatum Pontificatum. Similiter Omnes 2. Mach. 3. v. 1. & c. 4. v. 37. Eleazarus 16. c. 6. v. 18. Simon Eccles. 50. v. 1. & seq. Zacharias S. Ioannis pater Luc. 1. v. 6. Talis Sol ille iustitiae & oriens ex alto velut inter astra minora Christus Dominus, qui ait Ioan. 8. v. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Et c. 14. v. 30. vult Princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Et Heb. 7. v. 26. Talis decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelo factus. Tales Apostoli & innumerabiles Episcopi, Presbyteri, Clerici, quorum vel nomina perstringere nimis longum esset.

C A P. IV.

ECCLESIAE ANTISTITES ALIOS
virtute antecellant.

*Mandatum
sua accura-
bit magis
quam Eccle-
sia?*

§. I STam virtutis praestantiam in Ecclesiae praedictae potissimum desiderat Conc. Trid. sess. 6. cap. 1. de Reform. nam ut ait S. Leo epist. 85. ad Episcopos Africanos, & habetur dist. 61. c. 5. Miramur. Integritas praedictorum salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientium, ibi sana est forma doctrinae. Et totius familiae Domini statum & doctorem nutabit, si quod recurrit in corpore non inueniatur in capite. Et. Si. nim ad honores mundi sine suffragatione temporariae ne merit. laboris indignum est perueniri, & notari ambicione